



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

In Deo esse vnam tantum existentiam, & vnam tantum durationem,
authoritate probatur. c. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

*Ratio pro
posita
sententia
transit ad.*

Ad, non dixit, *Existere persona*, sed, *existere personam*,
que duo diuersa sunt. Ratione vero sic probat-
ur. Vnaqueque relatio habet suam actualem en-
titem distinctam realiter ab appofita relatione;
ergo dici alicuius habere tres actuales entitates,
nihil autem aliud est existentia, quam actualis en-
titas rei : erunt igitur tres existentie , quare sic
relaciones dicuntur tres , ita etiam dicuntur
tres actuales entitates, & existentie, eo, quod inter
se distinguuntur, etiam si idem sunt cum eadem.

Adiungit secundò, non esse concedendas, tres
existentias in Deo absolute, sed cum hoc addita-
mento, *relativas*, quia existentia absolute significat
esse rei, quod sequitur essentiam potius, quam re-
lationes, & in hunc sensum dicant esse intelligen-
des Patres, qui vnum esse Deo tribuunt, & affir-
mant, omnia, quæ in Deo sunt, habere vnum esse,
hoc autem explicant hoc modo, Quia cum in eo-
rum sententia essentia diuina veluti ratio trans-
cendens includatur in relationibus, existentia
etiam includi debet, ita, vt vna sit existentia om-
nium relationum, solum multiplicata per deter-
minatum modum incommunicabilitatis, qui est
relationis; quocirca, vt dicatur multiplicari exi-
stentia, debet significari nomine peculiari relati-
o. Nam si absolute dicatur, significatur solum
communis illa existentia in tribus relationibus,
veluti forma transcendens inclusa, ergo solum
possunt concedi tres existentie relativas, sed non
tres existentie absque additamento.

Tertio docent, in Deo esse non modo tres realitates existentias; verumetiam tres durationes; eo, quod duratio est veluti passio existentie, quae nullo pacto ab ea separari potest, cum sola ratione ab ea differat, & nostro modo intelligendi semper illam consequatur. Sed admonent non posse dici tres durationes simpliciter, & sine additamento, sicut neque dicuntur tres existentiae ob eadem rationem.

C A P V T II.

In Deo esse vnā tantū existentiam, & vnā tantū
durationem, auctoritate probatur.

Mhi multo probabilior videtur opinio, quæ
docet in Deo esse tantum vnam existentiam,
hoc est, vnum esse; licet sint tres modi, & relationes
huius existentie, & esse. Hanc sententiam
tradidit apertè S. Thom. 3. part. quest. 17. artic. 2.
ad 3. vbi ait. Tres personas habere vnum esse, &
vbi quærit de esse Dei loquitur, illud vocat ab-
solutum, vt quest. 2. de potentia, art. 6, & quest. 8.
art. 2 ad 1. vbi planè docet, Deo non conuenire
nisi esse absolutum, quo etiam relationes existant,
nec illis conuenire aliquod esse relatiuum. Hanc
etiam opinionem apertè tradunt Gregorius in 3.
distinct. 1. quest. 1. art. 3. ad 2. contra 2. conclus. &
Gregorius supra quest. 28 art. 2. §. Corollarium Hic
posuit etiam pro hac sententia recenseri Hiero-
nymus Epistolam 57. & Augusti lib. 7. de Trinitate,
cap. 4. vt vidimus superiori disputat. cap. 5. vbi pro-
bant subsistere Dei esse absolutum, & vnum.
Nusquam autem ait, Sed 2.

Nuquam autem apud Sanctos inuenies, in
Deo esse plures existentias, aut plura esse; existen-
tias dico pro adiuiplo existendi: nam, quod ad-
uersarij ex Ricardo de Sancto Victore referunt,
nihil eorum sententia fuit: imò ex illius verbis
potius nostra confirmati, & eorum opinio re-
futati manifestè potest. Licet enim lib. 4. de Trini-

103

44

Alexand.

cap. 16. concedat communem existentiam, & cap. 17. existentiam incommunicabilem, tamen ne minime, *Existentia*, in his duobus capitibus, & sequenti non intelligit idem quod Scholasticarum nempe existentiam, seu esse, sed totam substantiam, seu personam, quæ dicitur habere esse. Id vero, quod Scholastici nunc existentiam appellamus, ille vocat esse, & in illis locis semper vnum esse trium personarum assignat, & nusquam tria, nec cum additam ento illo, *relativa*, concedit. Eodem modo lib. 5. de Trinitate, cap. 1. vnum esse concedit trium personarum, sed diceretur existere. Nam apud ipsum, vt optime explicat Alexand. 1. part. quæst. 44. in corpore, & ad 5. existere non est tantum esse, sed ex alio esse in quo iam includitur proprietates personalis. Porro autem existentiam apud Ricardum idem non esse, quod apud Scholasticos, ita manifestè erit legenti ipsum a cap. 12. vique ad 20. vt superfluum videatur, nunca aliqua ipsius verba referre, sed ne lectorem decipere videamur, subiiciemus aliqua ipsius testimonia.

Capite iointo

Capite igitur i. de nominis Ethymologia sic loquitur. Nomen existentia trahitur a verbo, quod est *existere*, in verbo *sistere* notari potest, quod pertinet ad considerationem vnam, similiter per adiunctum *ex* propositionem notari potest, quod pertinet ad aliam, per id, quod dicitur aliqua *sistere*, primum remouetur ea, quæ non tam habent in se esse, quam aliquid inesse, non tam *sistere* (vt sic dicamus) quam *in* *sistere*, hoc est, alicui subiecto *inhabere*, & paucis interiectis. Quid est enim *existere* nisi ex aliquo *sistere*? In quibus verbis nota existentia esse id, quod ex aliquo existit. Deinde cap. 15. Inuenimus namque quod plures illæ in diuinitate persone, quarum habeant vnum, & idem per omnia indifferens esse, quod pertinet ad identitatem substantiæ, possunt tamen secundum originalem causam mutuam differentiam habere. Vbi concedit tres personas habere idem esse, intelligit existentiam, vt Scholastici loquuntur. Et cap. 16. Existentiam demonstratum est superius, substantiam significare, non tamen simpliciter, sed cum proprietate alicuius denotatione, vbi existentiam appellat, non actum existendi, nimirum esse, sed ipsam substantiam, quæ dicitur esse. Et infra. Communem autem existentiam dicimus, vbi intelligitur esse habens ex proprietate communi incommunicabilem vero, vbi intelligitur esse habens, ex proprietate incommunicabili, ergo apud Ricard. existentia est, idem, quod habens esse, non autem ipsum esse, & actus existendi. Et cap. 17. Si igitur proprietatis incommunicabilibus differunt persone vtrique, & incommunicabilibus differunt existentie, oportet autem, & sit incommunicabilis existentia, cui est incommunicabilis differentia. Quid quaeso clarius dicere potui? cum enim asserat ipsæ existentias differre proprietatibus, quæ insunt ipsis existentijs, & hæc sint relationes: consequenter docet, existentiam esse ipsam hypostasim, quæ proprietate redditur incommunicabilis, & cui inest relatio. Quod si putaret, existentiam incommunicabilem esse actum existendi ipsius relationis, non diceret eam reddi incommunicabilem relatione, per proprietate; nec proprietatem, seu relationem inesse ipsi existentia. Et cap. 19. in Deo concedit vnum tantum esse, idque ex professo probat: nusquam vero plura esse Deo tribuit, & asserit ibi tantum esse plures habentes vnum esse ex differentiâ proprietate, atque addit hæc verba. *Vnitatis itaque est ibi iuxta modum essendi, pluralitas iuxta modum existendi, vnitatis essentia, quæ vnum, & indifferens*

Alexand.

5.
Ricor, Viet

Vnum esse
hoc est unam
existentiam
Deo tribuit
et plures
hypostascs.

14

тень

7. *rens esse, plures persona, quia plures existentia.* Appellat plures existentias, non actus essendi, sed ipsam substantiam existentem, seu hypostasin: modum autem existendi appellat proprietatem, & ex hac parte concedit in Deo pluralitatem. Et cap. 10. *Dicimus quidem proprietates personis inesse, sed illarum inesse (si bene perpendimus) non dat subsistere, sed existere, & idcirco persona rectius dicitur existentia, quam subsistentia, vel substantia.* Ideo autem ait proprietates non dare subsistere, quia paulo ante eodem cap. querens, quomodo dicatur in Deo subsistentia, vel substantia, inquit: *Propter eiusmodi proprietates, quae personis diuinis inesse videntur, quibus ab inuicem distinguuntur, iuxta nonnullam eorum similitudinem, quae veraciter sibi inhaerentibus subsunt, (quamuis minus proprie) substantia, vel subsistentia dici possint.* Vbi regular concedere in Deo, substantiam, vel subsistentiam: hanc namque dicuntur ex eo, quod alijs substant, sequitur nempè doctrinam Augusti. qui 7. de Trinitate, cap. 4. ob eandem causam docet, in Deo esse substantiam abusuè, & potius dicendum esse essentiam. Dixit itaque Ricardus, proprietates non tribuere personis subsistere, sed existere, quia faciunt, ut personae existant incommunicabiliter, siue, ut ex aliquo sint. Cum vero subiungit, personae rectius dici existentias, quam subsistentias, vel substantias, planè indicat, ipsam existentiam esse personam, non autem esse actum existendi, quem aduersarij tribuunt relationi, sicut substantia, vel subsistentia non capitur pro actu ipso, sed pro re subsistente: hac enim abstracta non actum, seu formam, sed rem ipsam primaria significatione denotant, ut diximus praecedenti disputatione.

In quo existentiam à persona Ricardus distinguit.
Differt autem existentia à persona in sententia Ricardi, etiam si addas, *incommunicabilis*, tanquam genus ab specie; quia non omnis existentia incommunicabilis est persona, sed solum in natura rationali. Quare sic definit personam diuinam idem Ricardus cap. 22. *Natura diuina incommunicabilis existentia.* Et deinde postquam cap. 22. dixerat posse etiam finiri per vocem, *individa*, ut definiuit Boethius, si individa intelligatur, quae per plures distribui non potest, quod dicimus incommunicabile; tandem cap. 23 sic incipit. *Fortassis enim planius, & ad intelligendum expeditius, si dicamus, quod persona sit existens per se solum iuxta singularem quandam rationalis existentia modum, quomodo autem, quod dicitur existens, accipiendum sit, satis ex superioribus innouit, dicit, planius, quam si dicatur persona individa substantia, ut definiuit Boethius.* Cum vero definiuit per *Existens*, pro eodem accepit *Existens*, & existentiam, atque ideò dixit, quomodo sit accipiendum, ex superioribus constare; antea vero nihil de existente, sed de existentia loquutus fuerat.

Ex Ricardus idem docet Ioannes Theologus.
10. Mentem Ricardi affectus fuit Ioannes Theologus Ecclesiae Latinae in Concil. Florent. sess. 19. post medium multo melius, quam Theologi aliqui nostrae aetatis, cum asserit, substantiam duobus modis à Doctoribus intelligi, vno modo pro rei ratione, & definitione; alio modo pro supposito. subiungit enim statim. *Quod alio quoque nomine hypostasis, vel existentia, vel res natura solet appellari, in genere autem humano eandem substantiam persona significat, quando quidem persona dicitur esse natura rationis capax, incommunicabilis existentia, ita, ut in rationali specie substantia pro supposito accepta, existentiam atque personam apud omnes illos doctores significet, qui in Arium,*

& Macedonium conscripserunt. Ex quibus apparet, Ioannem pro eodem usurpare hanc tria existentia, hypostasin, & substantiam, ipsum videlicet suppositum in rationali natura, quod est persona, ergo non accipit pro actu existendi, quem appellant Scholastici existere, vel esse; eumque asserit definitionem personae traditam à Ricardo, hanc esse mentem illius optimè nouerat. Hanc placuit ita ad longum referre, parcat obsecro lector, id enim fecimus, ut ostenderemus, non multum fidendi esse allegationibus, quae tumultuario, & sine maturo examine afferri solent quibus incertum, ut satis fiat, non sine temporis detrimento prolixior fieri solet disputatio.

Probat deinde nostra sententia auctoritate Damasceni lib. 1. de fide cap. 11. ubi assignans differentiam inter personas diuinas penes causam & causarum, & proprietates originum, scribit in haec verba, *Ac penes personalem perfectionem, hoc est, existentiam, non dixit, penes personales existentias, sed, penes existendi modum, modum enim existentiae, quis vnam existentiam, hoc est, actum existendi appellauit; eodem modo ipsas proprietates nuncupauit, de fide, cap. 5. in principio.*

CAPVT III.

Eadem sententia confirmatur ratione.

EX praedicto testimonio Damasceni deducitur prima ratio pro nostra sententia. Nam si humanitas, & quauis natura creata dicitur habere vnam tantum existentiam, siue sit in alio, siue per se subsistat, & ex eo solum, quod per se existit, non dicitur habere nouum actum existendi, nec nouam existentiam, etiam personalem, sed nouum modum existendi, cum tamen modus existentiae per se ab existentia substantia realiter differat, quando ab ea separari potest, multo magis consequitur, vnam personam diuinam ex eo, quod existat existentia substantiali essentiae, & praeter eam habet proprietatem personalem, quae est modus existendi, & ab ea solum ratione distinctionis non habere duplicem existentiam, etiam secundum nostrum modum intelligendi, sed eandem, quam habet alia persona, alio tamen modo. Modum autem per se existendi non addere rei nouam existentiam, sed nouum existendi modum, constat in natura humana per se, & in alio existenti, ut in Christo, & accidentibus in subiecto, & deinde per se, cum in Sacramento altaris sine subiecto relinquantur. Neque enim vna existentia modificatur aliam, nec vna additur alteri, tanquam modus illius. Itaque quilibet modus existendi in vniuersum non est noua existentia, etiam si ab existentia realiter differat, quamuis de alijs modis liter sentiendum sit.

Secunda ratio contra priorem sententiam, & in confirmationem nostrae esse potest humilior. Si in Deo essent tres existentiae relatae, hoc est: Si in Deo essent tres existentiae relatae, essent etiam tres durationes relatae, ut aduersarij intrepide concedunt, ergo absolute sine illo additamento, relatae, tres durationes concedi deberent: nam, sicut concordatio tres res, absque vlla limitatione, eo, quod duratio tres res, concedi deberent tres existentiae, & 7. eodem modo concedi deberent tres existentiae, & durationes absque vilo additamento: cum enim existentia ex sententia aduersariorum nihil aliud sit, quam entitas aliqua actualis, & entitas